PAMFLET
77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

L Z: Poes: N° 1440
D. L
I 180

In exceptionē Zutpha-nienſem Illuſtriſſ. Principis Guili-helmi. et Gelriae Ducis clariſſimi. & Zutphaniæ Comitis nobiliſſ. tum Domi ni in Rauenſteyn &c. Inſuper Gnati & futuri hæredis Ducatuum Cliuēſis, Iuliacēſis & Montēſis, Comi tatuum Marchiæ & in Rauenſpurgo, &c.

Rhenani Vzichij Panegyricus.

77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

ILLVSTRIS SIMO DVCI GVILIHELMO

Rhenanus fœlicitatem precatur:

REcte ueteres illi Græcorũ Proceres
Guilihelme Dux inclite, liberos ſu=
os cũ græcis tum latinis literis in
ſtitui curarunt, nimirum perſuaſi,
nihil perinde mortaliũ uitæ condu
cere, quàm ſi militandi arti man=
ſuetiores Muſas copularet iuuentus, atq; hinc eſt quur
Agamemnon in adminiſtrando bello decem Neſtores
exoptabat. Quid Achilles? an non Phœnici magiſtro
debet, quod inter græcos Duces tãtos ſibi compararit
honores? quid his neutiquam inferiores, Fabij, Mer=
celli, Scipiones, nõne ſumma cũ laude domi foriſq; rẽ=
pub. exãplificarũt? Literæ tãetſi ipſæ ſeſe ſatis ornẽt, ta
mẽ ſi Principibus uiris cõtigerit, neſcio quo pacto ſe=
ipſis reddantur ornatiores. Hæc ita ſe habere prudens
illud patris tui conſiliũ arguit, qui pueritiæ tuæ forma=
torem Conradum illũ Hereſbachium, uirũ undecunq;
doctiß, delegit, quo tu magiſtro, eo doctrinæ proceſſe=
ris, ut modo ſine cortice, quod aiunt, nare & poſſis et
uelis. quare reprimã me, ne cũ uirtutes tuas depredicã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

do, officioſus eſſe cupio, magis ſim moleſtus, unũ hoc tantũ precor, ut Panegyricũ hũc meũ, quẽ in tui exceptionẽ mõ luſimus, æqui boniq; conſulas, neq; enim poteſt nõ placere, ſi eo animo adceperis, quo abs me pro fortuna mea Poetica, hoc eſt, plane tenui et paupere, amplitudini tuæ offertur, Deus, Opt. Max. te diu nobis & Patriæ ſeruet incolumem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

OPpida recte Plato, eſt humeris cui nomen
Tũ fore diuĩo fœlicia ꝑtulit ore, (ab āplis,
Quum moderāda viris eſſet reſpublica doctis,
Hi ſiquidē ſoli ſpectant ratione magiſtra,
Vtile quid populo ſit, inutile quidve futurum,
Vulgus vt omnigenæ rudis eſt inſigniter artis
Nil ſapit, & rerum nullarum eſt præditus vſu,
Ac velut acer equus rigidis parere lupatis
Cogitur, alterius rapit hunc ceu nare libido,
Sunt vtriuſq; rei doctorum exempla virorum,
Nonne opera effinxit varias inſtructa per artes
Quęis procul a muris Marcellum depulit hoſtem
Archimedes, ſphæræ inuētor geometra quadratæ?
In patriam ciuis malegrati nonne furorem
Conſulis oppreſſit Marci vigilantia Tulli?
Zorobabel iuuenis prudentia nonne ſenilis
Diruta reſtituit auguſti mœnia templi,
Quo fuit in toto nullum pręſtantius orbe?
Idem non profugos patriæ traduxit Apellas?
Quis taceat ſacræ regem Dauida Syonis,
Ille tot extinctis lat: quam regibus auxit?
Quid gnatus Solomon? quo nō ſapiētior vllus
Aut fuit, aut vnq; naſcetur, nonne probatis
Legibus excoluit Spartam genitore receptam?
Omnibus his multo plures adiungere poſſem
Ethnica cum ſacris modo ſcripta legiſſe placeret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Quorum conſilŋs longo marcentia bello,
Oppida floruerint rurſum iam Perſide gaza,
Aſt quanto maior numerus perhibetur eorum,
Euertere ſuo qui florida regna ſtupore?
Rex Lydię Crœſus congeſtum elatus ob aurum
Bellum cum Perſis inuito Sardane geſſit,
Quo captus, fuerat flāma exurendus edaci,
Ni mentem illius ſubŋſſent dicta Solonis,
Fęlicis cognomen ei titulumq; negantis.
Contempti pœnas an non utriuſq; pependit?
Quū Zerxes pręcidit Athon, quū verbera ſurdo
Certa mari infligit, pauci meruere ſub illo
Principe tam bardo, ſenſus quorum integer eſſet.
Vnde tot amiſit florentes ære cateruas.
An non huc ſtolidū Mardonius impulit excors
Artabano contra gnatoque vetantibus arma?
Vltimus Aſſirię rex Helluo Sardanapalus,
Ceruſſa faciem ſtibioq; infectus ocellos,
Eunuchos inter pathicos, molleſq; Cynædos,
Mollior ipſe frequens muliebri uiſus amictu eſt,
Non uitę pœnas exoluit turpiter actæ
Arbacus ut Draucum regno ſpoliauit auito?
Degener at proles Rhoboham Solomonis acuti,
Excluſis ſenibus calidę decreta iuuentę
Sponte ſequens, regnū detraxit nonne paternum
Indole quæſitum magna, maiore ſed auctum?

His adiunge Mydam, tardi cui Phoebus aſelli
Addidit auriculas, villiſq; infarcijt albis,
Pana quod arte lirę ſibi prępoſuiſſet agreſtem,
Vt ſileam Decios, Buſiridas atq; Nerones,
Excoluere ſuas nullis qui moribus urbes.
Sed ſua cum miſeris regna euertere popellis,
Hinc nihil humano generi contingere docto
Donari ve poteſt cordato Principe maius.
Qui cōe bonum eſt, & quo uelut abs Ioue manāt
Omnia quæ uoto ſunt exoptanda procaci.
Ac ueluti Phoebo Chelas intrante uinaces,
Omnis opaca ſuis uiduatur frondibus arbor,
Campus ubiq; patens nudatur gramine lęto
Maturę ſegetes nullo uiſuntur in agro,
Triſtior & reſonat nullo ſacer alite lucus,
Grati & odoriferis ſpoliantur floribus, horti,
Et mare conſtrictum glaciali compede, piſces
Denegat impaſtos, ſualeſcunt omnia tandem
Rura, domi ad foculum duro reſidente colono,
Pignora ſed poſtq̃; Phoebus Ledęa ſubintrat,
Ordine conuerſo rurſum capit arbor ademptas
Frondes quęq; ſuas, decorantur gramine campi,
Succreſcente nouo, fructus promittit amicos
Lętus ager, uoto agricolam nec lactat inani,
Alituū̃ ſiluę perſultant uoce canora,
Floribus & redolent culti fragrantibus horti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Piſcoſiq; lacus torpentes frigore longo
Rurſum piſciculos multo cum fœnore reddāt,
Deniq; cuncta nitent poſito ſqualore uetuſto.
Sic bonus ut Princeps emerſerit alite fauſto,
Triſtia quę fuerant hilareſcunt omnia rurſum,
Ornantur paſſim pręclaris moribus urbes,
Contracto ciues ditantur & ęre ſoluto,
Barbarie exploſa Muſęq; per oppida florens
Candida verboſis Clio obſcurata Sophiſtis,
Lętior incedit doctis ſtipata Camœnis
Nec fera belligeri reſerantur limina Iani,
Qui contra ut fuerit terris ereptus, & alto
Inuectus cœlo, tabeſcunt omnia luctu
Horriſono, non ulla manent ueſtigia recti,
Intereunt vaſtę deletis legibus urbes,
Cunq; bonis pereunt pręclarę moribus artes,
Precipue cum laudato ſucceſſerit Hęres
Aut aliq̄s Pharao, Phaleris, Nero, ſiue Lycaon,
Occidit quorum multos inuiſa tyrannis
Neſtoream digni fuerant qui ęquare ſenectam,
His multum diuerſus abit tuus inclite Diuus
Dux Guilihelme pater, quē manſuetudine tanta
Indole tam placida cognouit Cliuica tellus,
Quaq; patet uerſum, latis nam prętide toris,
Suaue Titi pectus ſuperarit ut ingeniumq;
Et placidi æquarit Traiani mitia corda,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Conuenit vt gladios fraterna in viſcera cõdant?
An quis erit tantos poſſit qui rumpere nexus?
Nõ reor, huic merito niſi mẽtẽ Chriſtus ademit.
Quin cõtra mũdum ſocia agmina iungimus, atq;
Contra communes hoſtes, qui nocte dieq;,
In ſua nos cogunt impellere caſtra miſellos.
Atq; hinc eſſe reor, nitidæ cur pacis amator
Sępius hanc redimat prędone a principe, multo
Aere, quod haud nequeat hũc profligare ſecũdo
Marte, ſed huic rabidi quia diſplicet alea belli,
Palmaq; diffuſo ſibi conſtatura cruore.
Aes neq; pręfatum populis extorquet egenis.
Quod ſolenne ferunt quibus inuidioſa tyrannis
Eſt cordi, proprijs alacer ſed promit ab arcis,
Se ſatis arbitrans ditem, ducenſq; beatum,
Si ſibi deuotum locupletet rite popellum,
An non hic patriæ pater eſt mihi iure vocandus
Quum ſua poſtponat communi lucra ſaluti?
Nunc ite Harpię Decij, ſęuiq; Nerones,
Sicilięq; Duces, plebem expoliate miſellam,
Denudate gregem, cum lana abradite pellem,
Laxa crumena rubro quo turgeat ære, ꝓpĩqua et
Gente ferox bellum geritote libidine vęſtra,
Dummodo viuatis homini pariterq; Deoq;
Exoſi, Caribus tantum nebulonibus atq;
Sordidulis chari, qui vos ſectantur euntes
Quolibet, at verbis vos execrantur acerbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Omnes hi tacite, virtus quibus aurea cordi eſt.
Quid, quod inauditur paſſim querimonia talis
Iudice ſub Chriſto cordis rimante latebras.
Hic crudele gerit tali velamine bellum,
Poſſit vt ad viuum ſic excoriare colonos
Liberius miſeros, quod nos corraſimus ęgre
Fraudantes genium, totū hoc cum puluere tollet,
Nil animo voluens quanto ſudore paratum,
Tantum, quo Caribus fiat ſatis & paraſitis,
Corpora nos vili tegimus vix canabe dura,
Luceat hic Tirio nimirum vt murice & oſtro,
Et grauet aurato ſua lactea colla monili.
Nos maleſuada fames vrit, friguſq; niuale,
Conſtringit, patimurq; ęſtū ſub ſydere Cancri,
Nutrit hic haud paruo dū ſumptu mille caballos,
Mirmidonas totidem, & latrātes mille moloſſos,
Scilicet hi quęſtus illius in aure ſonabunt,
Hanc vitalem animā vt tenues efflarit in auras.
Non huc ſermo meus Princeps ęquiſſime tendit,
Non quaſi principibus liceat nil poſcere, pręter
Vectigal iuſtum, quin contra vertice toto
Annuimus, nullumq; modum pręſcribimus illi
Quęrendi nummos, ſi cauſa vrgebit honeſta.
Mutilus eſt ſiquidem conatus bella gerendi,
Quem non larga iuuat plebis fortuna benignæ.
Quod ſi forte ſuas emungere cogitur vrbes,
Plebis hic incertæ, ſua non, compendia ſpectat,

Quinetiam licet huic acres aluiſſe caballos,
Atq; ſatellitio corpus cinxiſſe fideli,
Principis expenſis dum nemo grauetur iniquis,
Sed maieſtatis ſacræ, rariq; pudoris,
Semper & integræ ſpectetur læſio famæ.
Sed quid ego volucrem doceo delphina natare,
Quum per te ſapias Dux prudentiſſime, lectis
Tot veterum libris, eadem docto ore canentum,
Vt taceam Proceres Muſis phœboq; dicatos,
Quos tua magnifico fouet indulgentia ſumptu,
Qualis Oleiſlegerus, Conradus, Hereſbachiuſq;,
Quorum alter gemini titulum fert iuris honeſtũ,
Alter ob egregias inclaruit omnibus artes.
Quis nõ Prępoſitũ, Dux illuſtriſſime, Vlattum
Neſcit Ioannem, ſic quem ſacer ore rotondo
Phœbe loqui donas, illum miremur vt omnes,
Neſtora quem merito vocites, Suadęq; medullã,
Quod fuit Atridis Pylius Dux ille duobus,
Quando decẽnali Troiam obſidione premebãt,
Hoc tibi istа tibi ſecuro conduplicarit,
Seu tibi conſilio res decernenda vel enſe.
Quid, qđ habet multos bellax tua Gelria, quorũ
Conſiliis vti valeas, operaq; fideli,
Tres tibi Barones arcto conſanguinitatis
Coniunctos nexu Zurphania nobilis offert,
Emicat hos inter Bronchorſt, ceu nobilis auro
Gemma, Bohemiaci ſatus alto ſanguine regis.

Proximus huic iuuenis, tua quẽ propioribus ætas
Inſequitur ſpacijs, Monte à cognomen adeptus,
Fors aliquem Patris refert, quo errore, Ducatum.
Tertius attingit materno ſanguine vtrumq;,
Qui patriæ quamuis eſt cædere iuſſus amanti,
Proſperiore tamen fortuna dignior vti,
Semper erat, quare redeuntem pectore toto
Accipias, tecq; & caſus comitetur in omnes.
Preterijſſe poteſt quis te fortiſſime Roſſi,
Gloria militię caput & ſpes vnica noſtrę,
Eſt experta manum cuius Borgondia fortem,
Et de quo dubites potior ſit eques ne pedeſue.
Sed necq; te Lyndi tantum prçclare relinquam,
Cuius nota mihi propius ſunt fortia facta,
Exantlaſſe foris quę tu perhibere domicq;,
Atq; hi ſunt pariter ſęui duo fulmina Martis,
Quos prĩceps Carolus, dolor heu, quẽ funere triſti
Abſtulit atra dies, ſi quando aduerſa vocarent,
Ductores peditũ, atq; equitũ dedit eſſe magiſtros.
Seu bello ſtudeas, ſeu paci conciliandæ,
His ſine nulla tuis quęratur gloria rebus.
Verum ego iampridem videor tibi forſitan ęquo
Longior ô Princeps, rapidos flexiſſe iugales
Cur libet, & feſſis colophonem imponere Muſis,
Gelria, ſi qua dies, tempus ſi quod fuit vnq̃,
Eſſet agenda Deo quo gratia pro Duce tanto,
Hæc eſt illa, tibi niueo ſignanda lapillo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Hæc eſt ſeruitij limes, hæc meta malorum
Vltima, quę ſecum portat ferus omnia Mauors,
Lætitiæ caput hæc, & libertatis origo eſt,
Vtq; nitere dies excuſſa nube videmus,
Omnia ſic curis adplaudunt corda ſolutis,
Iam populus lachrymas nitidis deterget ocellis,
Excluſoq; metu ſua gaudia vix capit ipſe,
Contemptuſq; diu Primatum nobilis ordo,
Fece leuis vulgi, cauſſas habet, vnde triumphet:
Hactenus inualidę leges te Principe rurſum
Obtinuiſſe ſuum gaudent Guilihelme vigorem,
Iam delatori laqueum mandare licebit,
Atq; ſuſurroni datur oppediſſe nigello,
Iamq; magiſtratus & publica munia prauis
Vendita, gratuito ſunt committenda probatis,
Et verſis rerum vicibus, quę dona ſuperbus
Ante tulit ſciolus, eadem nunc Doctus habebit,
Hinc, age, magne veni Gelrorũ Ductor & vrbẽ
Ingredere ó noſtrã, & celebres cape lętus honores,
Quos tibi venturo prędiuite mente paramus,
Et vos ó ciues, ſimul ætas, ſexus & ordo,
Omnes Palladia velati tempora oliua,
Tendite in occurſum venienti, pandite portas
Cardine tranſuerſo bifidas, ſtent ordine nullo
Lætitia dirimente modum matreſq; nuruſq;,
Ingeminetur io veſtras vbi permeat vrbes,
Quacumq; incedit, ſtudio denſata videndi

Plebs iter anguſtum faciat, remoretur ut illum,
Nec ſat ſit ſpectaſſe ſemel, iuuet vſq; tueri,
Vtq; videre queat rurſum, loca plurima mutet,
Hunc quid ni toties iuuenem ſpectare iuuaret,
Quo natura parens nil finxit amantius uſq;,
Quem poliit Phoebus, doctęq; fouere ſorores.
Emicat ex oculis vis ignea, ſeſſitat ore
Grata Venus, toto reſplendet corpore virtus,
Quę foret imperio quouis condigna potiri.
Vt niteant facitote domus, portęq; vięq;,
Sydoneas paſſim chlamydes dependite tectis,
Et quod eat Phrygiis certare locate tapetis,
Pendeat a muris ſcitus quod pinxit Apelles,
Quod Zeuſis, quod Pallas acu diſcreuit adunca,
Perſia quod locuples neuit, qd' ſtruxit Arachne.
Preterea feſti raris fulgoribus ignes
Vrbe crepēt, tenebras pellant qui luce profundas,
Tum dolor & luctus abſint, curęq;, metuſq;,
Imo adſint potius, chorec, conuiuia, riſus.
Hos ego verſiculos cecini quę paupere vena,
Conſule quęſo boni, ſimul ęternumq; valeto,
Gelriaci Guilihelme ſoli lux, palma, decuſq;

Errata, quæ in vtroq; habentur panegyrico, ſic corrige,

In priori panegyrico, fo. 3. pag. 1. li. 1. pro recte, lege rite, Folio eodē pagina, 2, li, penultima pro detraxit, lege diſtraxit
folio 4. pagina. 2, li, 2, pro reddant, lege reddunt

In poſteriori panegyrico folio 3. pag. 1. li. 1. pro magnaminûm, lege magnanimûm

CAMPIS ex ædibus Ioannis Petrei typographi ac ludimagiſtri ad D. Virginem. Anno a Chriſti ſeruatoris natiuitate. M. D. xxxix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77



ELEGIA

DE CYGNO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

AD CLARISSIMVM PARITER ET HVmaniſs. D. Ioannē Vlattenū præpoſitū eccleſiæ Cranēburgenſis & ſcholaſterē Aquenſem Elegia Rhenani.

CVltor Ioannes uatum Vlattene nouorum,
Huc ades, & læta quæ cano fronte legas.
Morrbius exhibuit Graium qui Lexicon orbi
Hermanni ſocia Cruſcris uſus ope,
Ille, inquam, noſtri me Principis arma popoſcit,
Carmina quum uellet noſtra ſubire typos,
Anxius hæc uigili cura dum quærimus, & num
Sint noua perſcrutor Principis arma noui,
Comperio certi nihil huic quod ſignificarem,
Vſurpare ſui nam patris arma reor.
Attamen hæc acri uenor dum pectore, formas
Inq; omnes uarij Protheos inſtar agor.
Ecce ſubit mentem rumoris fabula ſalſi,
Fabula propoſito non fugienda meo.
Quæ ſuſpecta licet, tamen hic gratiſſimus error
Ominis eſt læti quod uice ſemper Olor.
Albus olor uerax Cliuenſis nuncia regni
Augendi, præſens ut modo forma docet.
Et tibi quod Cæſar fuſcis Iouis armiger alis.
Hoc Guilihelme tibi candidus ales erit.
Iam Maro grandiloquus adpellat rite poetas
Cygnos præſidium Vlatte decusq; meum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Res abſurda quidem, uerum quod candor utriq;
Conueniat, miris res docet ipſa modis.
Alter ut ob pennas minime ſibi diſpliæt albas,
Sic alter niueo pectore gaudet item,
Gratus uterq; nouem decima cum Pallade muſis,
Criniger exq; animo Phœbus utriq; fauet.
Flumen utrumq; iuuat dilabens murmure rauco,
Gramineisq; æquè gaudet uterq; thoris.
Et pariter canit ante melos, abrumpat utriq;
Quàm Lacheſis uitæ fila ſuprema ſuæ.
Eſt adhibenda fides rerum ſi uera peritis,
Flante niſi zephyro conticet omnis olor.
Ergo nihil mirum ſi noſtro obmutuit æuo
Lauriger Aonidum Theſpiadumq; chorus,
Trux aquilo atq; nothus quũ pinguium & inuidulorũ
Artibus obſtabant undiq; Palladijs,
Nulla quod & placidi contingeret aura Fauoni,
Carthaceum audebat nullus arare fretum.
Quod ſi Vlatte tuus fauor adſpirauerit, atq;
Egregij iuuenis noſtrûm utriuſq; Ducis.
Oriri niueos ſpectabis ubiq; Poetas,
Doctus Apollo ſuam queîs dabit ipſe lyram.
Qui tam dulce melos cantabunt uoce canora,
Audiat hæc ætas, poſtera quodq; probet.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Pflt 77